



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Canones de Sacramento Extremæ Vnct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

doctrinā de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes anathema sit.

CANON XV.

a supr. ca.
1. & ca. 8.
in fi. de
pœn.

Si quis dixerit, Claves Ecclesie esse a datis tantum ad soluendum, non etiam ad ligandū; & propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra fidem Clauium, & cōtra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute Clauium, sublata pœna aeterna, pœna temporalis plerumque soluenda remaneat: anathema sit.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

CANON I.

b supr. de
hoc Sacra
mento in
prin &
c. 1.

c Marc. 6.
Iacob. 5.

d sup. c. 2.
de hoc
sacr.

e sup. ca.
vlt. Conc.
Cabilon.
c. 48.

Si quis dixerit, extremam Vnctionem non esse verè, & propriè Sacramentum à b Christo Domino nostro institutū, & c à Beato Iacobo Apostolo promulgatū, sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum: anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, sacram infirmorum d' Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationis: anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, e extreme Vnctionis ritū

& vsu

Usum, quem obseruat sancta Romana Ec-
clesia, repugnare sententiæ B. Iacobi a Aposto-
li, ideoq; eum mutandum, posseq; à Christianis
absque peccato contemni: anathema sit.

CANON. IV.

Si quis dixerit, b Presbyteros Ecclesie, quos
Beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum
inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab
Episcopo ordinatos, sed etate seniores in qua-
uis communitate: ob idq; proprium extremæ
Vnctionis ministrum non esse solum sacerdo-
tem: anathema sit.

Decretum de reformatione.

PROOEMIUM.

Utrum proprie Episcoporum munus sit, c sub-
ditorum omnium vitia redarguere, hoc illis
precipue cauendum erit, ne Clerici presertim
ad animarum curam constituti, criminosi sint,
neve inhonestam vitam, ipsis conuenientibus, du-
cant: nã, si eos prauis, & corruptis moribus esse
permittunt, quo pacto laicos de ipsorum d vitijs
redarguet, qui vno ab eis sermone conuinci pos-
sent, quod Clericos ipsis patiantur esse deterio-
res: qua etiam libertate laicos corripere pote-
runt sacerdotes: cum tacite sibi ipsi responde-
ant, eadem se admisisse, quæ corripunt: Mone-
bunt propterea Episcopi suos Clericos, & in quo-
suisq; ordine fuerit, ut cõue satione, sermo-
ne & scientia cõmisso sibi Dei populo præcãt.

merito-

a Iacob 5.

b d. cap.

vlt.

Iacob. 5.

c sic præ-

fatur tere

Conc. 9.

Tolet. su-

pra Sess.

6. de re-

for. c. 3.

d i. Cor. 9.

c. quid

autem. 8.

q. 1.

e c. vlt. 5.

dist. e. vna

tantu 26.

dist. c. sic-

uti i. q ne

celle 47.

dist. c. in

sacerdo-

tibus 61.

dist.

Leuit. 11.

1. Pet. 1.

& c. pro-

posuisti.

8. d. ft.

f Sess. 22.

cap 1.